

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Baptistae Mantuani ... Parthenicum libri**

**Baptista <Mantuanus>**

**Argentinae, 28. 8. 1501**

**VD16 -S7317**

Epitaphium Sebastiani Murrhonis

[urn:nbn:de:bsz:31-321582](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-321582)

caste: ut liberius hūanis diuinisq; lris vacare posset. Rara avis  
in terris nigroq; similima cygno. Accipe igit cōmētariola nra  
ab homie tibi semp deditissimo: eaq; cū legeris vel p̄bato: tua  
enim sunt: cuius & auspicio suscepta perfectaq; fuerunt. Multa  
in his videris: nō solum ex vetustissimis deprompta Auctori-  
bus: sed etiā nouis ac nostræ ætatis hominibus Domicio: Pe-  
tro Marso: Antonio: Volsco Parthenioq; viris clarissimis: q̄-  
rum p̄ceptis ac doctrina nō nihil didicisse speramus. Et ne hu-  
ius primæ Parthenices argumētum cōcupiscas: scito Poetā p̄-  
ginis Mariæ genus: ortū: natiuitatē: æducationē: vitā mortem  
q;: ac eiusdē in coelos assumptionē cōtinere: quæ singula ex ele-  
gantissimo Carmine clarius q̄ oratione cognosces. Poetā igit  
aur audiamus canentem. Sancta Palestinæ repetens exordia  
Nymphæ: Difficiles ortus & reliqua.

Epitaphium Sebastiani Murrhonis.  
Clauditur hoc saxo vir nulli laude secundus:  
Maxima Germani spesq; decusq; soli.  
Contulit huic lauræ duplicis facundia lingue  
Exculto tantum præstitit ingenio:  
Quicquid enī laudis Latīū, quid Græcia docta  
Quicquid & Hæbræus possidet: hic meruit.  
Clara viri phamam celebres Colmaria tanti  
Et viuat Murrho semper in ore tuo.